

usus eorum. Aduertunt secundo, q̄ isti pœ-
 nitentes sic absoluti virtute horū priuilegio-
 rum à Fratribus qui Episcopo non fuerunt
 presentati nec ab eo habuere licentiam sed à
 suis Prelatis, satis faciunt precepto confessio-
 nis, nec tenentur illa peccata confiteri pro-
 prio Parocho: quia sunt vere absoluti coram
 Deo. Et pro hoc agit Glossa notabilis Extra-
 uagantis, Sedes Apostolica, de officio delegati,
 verbo, Singulorum, in fine. Vbi dicit, q̄ illi
 qui confitentur per literas obtentas à Pape Pe-
 nitentiario, in quibus dicitur, q̄ confiteantur
 quibus voluerint per triennium, q̄ non tenen-
 tur cōfiteri illa peccata Parocho semel in an-
 no: quicquid clamēt Parochi, quia sic habet
 consuetudo. Hæc Glossa, & certe quando alijs
 confessores sunt noti Parocho & sufficienter
 docti, &c. Sic deberent velle, & approbare:
 nam quid amplius queritur? In foro autem
 exteriori si non vult Parochus huiusmodi cō-
 fessiones pro legitime factis, & pro non con-
 fessis habere: bene poterit de iustitię rigore.
 Nam confessiones illę non sunt factę ab ex-
 posito confessore in illo foro. Et tunc pœni-
 tenti remedium detur, vt confiteatur duo vel
 aliqua peccata coram exposito cōfessore illo.